



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXXIV. Clemens III. Anno Christi 1187. Federici 33. Isaaci Angeli 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

num Regem Saracenorum instruendam. Ibi morbo intempestivè oppressus est XVI. Kal. Januar. cùm non ultra *dies septem & quinquaginta* gessisset Pontificatum.

CLXXIV.

## CLEMENS III.

ANNO CHRISTI 1187.

FEDERICI 33. ISAACI ANGELI 3.

CLEMENS III. eodem anno 1187.

CXIV. Kal. Januar. summo Sacerdotio Pisis præficitur. *Paulinus Scholarius* Cardinalis Episcopus Prænestinus antea appellabatur. Hic demum tenuit, ut rebelles Romani ad obsequium Ecclesiæ redirent, finemque imposuit seditioni ab Arnaldistis excitatæ, quæ Pontifices omnes post Innocentium II. abesse Urbe, quasi que exulare coëgerat. Pace compositâ in conditiones, quas ex Rogero Hovedeno recitat Baronius, Romam cum Cardinalibus ingressus est lætitiâ omnium ingenti. (1) Exiit è vita anno 1191. IV. Kal. April. post *annos ac menses tres, & dies decem*, quàm Pontifex creatus erat.

Bar. an.  
1188. §. 1.  
22. 23.  
Pag. §. 1. 2

Bar. an.  
1191. §. 1.  
Pag. §. 1. 4

X x 3

AN-

## ANNOTATIONES.

(1) Panvinius in annotat. ad Platinam pag. 162. *Perpetua per annos plus minus quinquaginta inter populum Pontificesque Romanos ab Innocentio II. usque ad Clementem III. discordia civilis fuit, regiminis Urbani occasione excitata: cum populus Romanus, Pontifice suo Urbis administratione submoto, Senatores, qui Republicæ præessent, cum Patricio quodam, summa cum auctoritate creassent, ita Cito Frisingensis Episcopus libro historicorum 9. & lib. primo de gestis Federici Imperatoris, capitibus supra citatis, & Abbas Urspergensis, item vitarum Pontificum incerti nominis scriptor Bibliothecæ Palatinæ auctores sunt. Ex cuius rei occasione Innocentius II. & Cælestinus II. animi dolore defecerunt, Lucius II. penè est interfectus, Eugenius III. Alexander III. & Lucius III. urbe pulsi, Urbanus III. & Gregorius VIII. exules fuere: donec novissimè tanti dissidii utraq; parte pertæsa, populus Romanus cum Pontifice populari suo Clemente III. pacem æquis conditionibus fecit, Senatoribus confirmavit, Patricii verò loco Præfecto, quem magistratum aboleverant, restituit. Huius pacis fœdera & conditiones cum omnibus*

subscriptionibus ex libris censuum Camere Apostolicæ excerptis adhuc apud me sunt. Diuturna deinde quies, & tranquilla Ecclesiæ tempora fuerunt.

CLXXV.

## CÆLESTINUS III.

ANNO CHRISTI 1191.

HENRICI VI. IMP. I. ISAACI  
ANGELI 7.

CÆLESTINO III. Romano, *Ur-* Bar. an.  
sino cui *Hyacinthus* antea nomen, 1191. §. 1.  
admodum seni, scilicet annos nato Pag. §. 1. 2.  
quinque circiter & octoginta, anno  
1191. III. Kal. April. summum Sa-  
cerdotium mandatum est. Hic XVIII.  
Kal. Majas solemnè Paschæ die Pon-  
tifex consecratus. (1) postridie Hen-  
ricura VI. Germaniæ Regem conse-  
cravit Imperatorem. (2) Eundem Bar. an.  
postea damnavit anathemate, prop- 1193.  
terea quòd Ricardum Angliæ Regem §. 18.  
revertentem ab expeditione sacra Pagius  
captum à Leopoldo Austriorum Du- §. 6.. 7.  
cc, sibi que traditum coëgisset liberta- Bar. an.  
tem redimere magnâ pecuniæ vi. Eun- 1195. §. 5.  
demque Messanæ vitâ defunctum an- An. 119.  
tè §. 6. 9. 7.  
Pag. §. 3